quoque accedendo vocata. ideoque tantum virorum. Quid sunt come?
vestes capitis. vel come sunt proprie non cesi capilli. Crines unde vocantur?
Crines autem proprie mulierum sunt. et dicti crines eo quod vittis discernuntur.
Quid sunt tempora? Tempora sunt que calvarie dextra levaque subiacent.
Quare ita vocantur? Ideo sic nuncupentur quia moventur ipsaque mo-
bilitate. quasi tempora a quibusdam in convallis mutantur. Quare
dicta facies? Facies ab effigie dicta. tota figura hominis. et uni
cuique persone cognitio. et dicta facies eo quod noticiam faciat hominis.
Quare dicitur vultus? Vultus dictus eo quod animi per eum voluntas ostenditur.
Inter faciem et vultum quid interest? Nam facies simpliciter accipitur de nativa
cuiusque naturali aspectu. Vultus autem animorum qualitatem significat. Frons
unde nomen accepit? Frons enim dicitur eo quod sit forata. Unde ea foribus oculorum
nominata. Quid barbam? Barba decoris signum. virilitatis ini-
tium que et iuventutem significat. et sexum naturam distinguit. Quid sunt
oculi? duces corporis. vasa luminis. et dicti oculi eo quod occultent
aciliis. Quid est pupilla? Medium punctum oculi. In quo vis videndi.
et dicitur pupilla quod sit pura et inmaculata. Cilia cur dicuntur? A
celando eo quod celent oculos. Palpebre unde dicuntur? Palme a palpi-
tando sunt dicte. quia concurrentes invicem oculorum obtentum reficiunt.
pilis in ordine adstantibus ad munitionem eorum. Supercilia quid sunt?
Supercilia quoque pilis brevioribus adornata sunt. quasi quibusdam custodiam
aggeribus oculis prebentes. ne quid super ne incidat. et dicta supercilia quia
super posita sunt ciliis. Quid est intercilium? medium illud inter supercilia quod
sine pilis. Aures cur dicuntur? Aurium inditum nomen eo quod hauriant voces.
et nominate sunt aures per inmutationem littere velut audes. Gene unde
dicuntur? Gene a genibus sunt dicte. Denique complicati in utero gigni for-
mamque homine dicunt. Ita ut genua sursum sint quibus oculi formentur ut
cavi ac conditi fiant. Quid sunt nares? Adductio odorum et nares dicte
quia per eas aer vel spiritus manere non desinit. Narium recta pars propter
quod equaliter sit in longitudine et rotunditate. porrecta columna
vocatur. extremitas eius. pirula a formula. pomi piri. Quod vero dextra